

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9202

**Auteur(s) :** Robert, fils de Zacharie de Burcy [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1171

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert fils de Zacharie de Burcy donne à l'abbaye de Savigny sa terre d'Escures.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

E. Paris, BnF, n.a. lat. 2500, n° XL, p. 320-321. Copie du XXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Baiocensi, n° XL)

Texte d'après E

In nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti amen. Sciant universi fideles quod Robertus filius Zacharie de Burceio et Guillelmus frater ejus et Robertus de Perretot sacer ejus unonimi assensu venerunt Savigneum ubi predictus Robertus filius Zacharie dedit monachis Savigneii per manum domini Josleni ejusdem loci abbatis quandam partem terre sue que est in monte de Escures quam etiam super altare videntibus quampluribus obtulit in perpetuam elemosinam postea vero ex communi assensu idem Robertus et monachi id est Bernardus et Ricardus de Spineto et Robertus Fossart super eandem terram convenerunt que ita dividetur eadem terra per tria latera ex adjacente dominio episcopali separatur inter nos vero et eundem militem in quarto latere quodam veteri fossato terminatur porro in eode loco affidavit prefatus Robertus quod eandem donationem universis heredibus suis concedere faceret et eandem terram adversus episcopum et adversus omnes alios qui in ea aliquid reclamarent garantizaret per omnia et in manu teneret hoc ipsum affidavit Guillelmus frater ejus et quod ipsi fecerant heredes eorum postea concesserunt. Testes fuerunt Robertus de perretot, Robertus de Boc, Hugo abbas, herbertus filius Galterii, Garinus presbiter, Mainardus de Combes, Gaufridus filius Mabille, Robertus Flambart, Gaufridus nepos Costoris, Mauricius et Ricardus filius ejus et de monachis Bernardus, Richardus de Spineto, Robertus Fossart, Lambertus conversus et alii multi. Sequenti die predictus Robertus et Guillelmus frater ejus et alii plures amici ipsius venerunt ad grangiam de Escures et dederunt ei prefati monachi Savigneii de caritate domus sue XXII libras cenomannensium per manus suprascriptorum monachorum et Guillelmo fratricie jus XX solidos cenomannensium uxor etiam predicti Roberti Biatrix et tres filie ipsorum id est Emma Gena Juliana habuerunt de caritate domus pro concessione ejusdem actionis id est Biatrix unum annulum aureum per manum Roberti Fossart et unam vacam tres autem filie tres solidos cenomannesium. Hec autem facta sunt anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo primo.